



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 79. Caput IX. Beneficia unius diœcesis non uniantur beneficiis alterius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

rum Clericorum Episcopi , aut personæ ab Sæcul. XVI.
ipso Episcopo deputandæ interventu proce- A. C. 1551.
dere nequeant.

§. LXXIX.

C A P U T IX.

*Beneficia unius Diœcesis non unian-
tur beneficiis alterius.*

„Quia autem jure optimo distinctæ
„fuerunt Diœceses , & Parochiæ,
„ac unicuique gregi proprii attributi
„pastores , & inferiorum Ecclesiarum
„Rectores , qui suarum quisque ovium
„curam habeant , ut ordo Ecclesiasti-
„cus non confundatur , aut una , &
„eadem Ecclesia duarum quodammodo
„Diœcesium fiat , non sine gravi eorum
„incommodo , qui illi subditi fuerint:
„beneficia unius Diœcesis , etiamsi pa-
„rochiales Ecclesiæ , Vicariæ perpe-
„tuæ , aut simplicia beneficia , seu præ-
„stimonia , aut præstimoniales portio-
„nes fuerint , etiam ratione augendi
„cultum , aut numerum beneficiato-
„rum , aut alia quacunque de caussa ,
„alterius Diœcesis beneficio , aut mo-
„nasterio seu Collegio , vel loco etiam
„pio , perpetuo non uniantur , decre-
„tum hujus Sanctæ Synodi super hujus-
„modi Unionibus in hoc declarando.

Hoc decretum , quod Synodus al-
legat , habetur in Sessionis septimæ

K 5

ca-



Sæc. XVI. capite sexto de Reformatione , ubi agi-
A.C. 1551. tur de unione perpetua beneficiorum,
 quamvis autem diversarum Diœcesium
 beneficia uniri ibidem prohibeatur , ni-
 hilominus plura exempla huic decreto
 contraria occurunt. Ceterum nun-
 quam duæ uniuntur Parochiales Eccle-
 siæ , ne Diœceses commisceantur , vel
 idem Parochus duobus Episcopis sit si-
 mul subiectus , sicut nec etiam , absque
 facta legis gratia , duo beneficia suorum ,
 ac diversorum ordinum , minus vero
 beneficium Patronatus Ecclesiastici cum
 alio , in quod Jus Patronatus competit
 Laico , uniri permittitur.

§. LXXX.
 C A P U T . X.
*Beneficia regularia regularibus con-
 cedantur.*

„Regularia beneficia , in titulum re-
 „ gularibus professis provideri con-
 „sueta , cum per obitum , aut resigna-
 „tionem , vel alias illa in titulum ob-
 „stinentis vacare contigerit , religiosis
 „stantum illius Ordinis , vel iis , qui ha-
 „bitum omnino suscipere , & professio-
 „nem emittere teneantur , & non aliis
 „ne vestem lino , lanaque contextam
 „induant , conferantur.

Hæc